Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ezechiel

centum cubitorum p quadratum et
altare ante faciem templi. Et mi
duxit me in uestibulum templi et
mensus est uestibulum templi et
mensus est uestibulum quinque cu
bitus hinc et quinque cubitus inde et
altitudinem porte trium cubitorum
hinc et trium cubitorum inde lon
gitudinem autem uestibuli xx cubito
rum latitudinem autem xi cubitorum
et viii gradibus ascendebatur ad
eam et columpne erant in fronti by
bus hinc et altera inde. XLI

Et introduxit me in tem
plum et mensus est fron
tes sex cubitos latitudinis
hinc et sex cubitos altitudinis inde
latitudinem tabernaculi et latitu
dinem porte x cubitorum et latera
porte v cubitus hinc et v cubitus
inde et mensus est longitudinem
eius xl cubitorum et latitudinem
eius xx cubitorum et introrsus
intrinsecus mensus est in fronte
porte duos cubitos et portam x cu
bitorum et latitudinem porte vii
cubitorum. Et mensus est longitu
dinem eius xx cubitorum et lati
tudinem eius xx cubitorum ante
faciem templi. Et dixit ad me hoc
sanctum sanctorum. Et mensus
est parietem domus vi cubitorum
et latitudinem lateris quatuor cu
bitorum undique per circuitum dom
latera autem latus ad latus bis xxx
iii. Et erant eminentia que ere
derentur per parietem domus in
lateribus per circuitum ut continerent
et non attingerent parietem templi
Et platea erat introrsum ascen
dens sursum per cochleam et menia
culum templi deferebat per gyrum. Id
circo latius erat templum in supe
rioribus et sic de inferioribus ascende
batur ad superiora in medium. Et
vidi in domo altitudinem per circu
itum fundata latera ad mensuram
calami vi cubitorum spatio et lati
tudinem per parietem latis form
sexus quinque cubitorum et introra
domus in lateribus domus et in
gazophilacia latitudinem xv cubi
torum in circuitu domus undique et
ostium lateris ad orationem ostium
unum ad viam aquilonis et ostium
unum ad viam australem et latitudi
nem loci ad ordinem v cubitorum
in circuitu. Et edificium quod erat
separatum versusque ad viam respi
cientem ad mare latitudinis lxx
cubitorum paries autem edificii per
circuitum v cubitorum latitudis
et longitudinis xx cubitorum et
mensus est domus longitudinem
centum cubitorum et quod separatum
erat in edificium et parietes eius
longitudinis centum cubitorum
latitudo autem ante faciem domus
eius et quod erat separatum ad ori
entem hectechas et chatedras exutrique
parte ad orientem centum cubito
rum. Et mensus est longitudinem
edificii ante faciem eius quod erat
separatum ad occasum hectechas et
cathedras exutrique parte centum
cubitorum et templum in eius

105